LATINITATIS ITALICAE MEDII AEVI
LEXICON

(saec. V ex. - saec. XI in.)

CONDITUM A FRANCISCO ARNALDI

MODERANTE

PASCHALI SMIRAGLIA

CURA ET STUDIO

ANTONII DE PRISCO

HUIC FASCICULO CONFICIENDO PRAEFUIT

IOHANNES POLARA

ADDENDA - SERIES ALTERA

FASCICULUS VI

i — imus

La redazione del presente fascicolo è stata curata da Antonio De Prisco. La selezione dei materiali utili dallo schedario del *Lexicon* è stata curata da Pasquale Smiraglia e Adele Simonetti.

Roma, settembre 2008

P. S.

I

1 **i -** v. *A*1 et *A*2 *in*.

2 **i -** v. *A*2 *qui*.

3 **i -** de verborum exitu: PAUL. DIAC. Spec. 626, 11 ecce quinque formis adest secunda coniunctio, / cuius prima in i cadit absque consonantibus, / cuius tale est exemplum: splendui.

iaceo - *da-* MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 976, 244, 5. — Ind. praes. 3ª pers. sing. *-cit* ROMAE INSCR. I, 2107, 2: FLOR. INSCR. 1711, 2. — Transl., esse: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 976, 244, 30 res ... offeruimus per consensum ... ipsorum viri nostri in cuius mundium nos -ere credimus; sensu mor.: PAUL. DIAC. Exp. 161, 1, 8 si in aliqua immunditia corporis -erit, nullo modo abba fieri debet: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 967, 161, 5 si aliquando tempore surrexerit qualiscumque homo ... qui ipsa terra tollere ... boluerit ... sub anathema -eat da trecentos decem et octo patrum. — Nota locut. *infra pedes alcis -ere*, in imag., deteriorem esse quam eum: RATH. Prael. 229 B 3 nos qui longe infra pedes eorum (*scil.* sanctorum) -emus.

iacinthus - v. *A*2 *hyacinthus*.

iacio - *iaceris* perper. pro *ieceris*: RATH. Prael. 231 C 5 si quid -eris intra cloacam, nequaquam vales contingere coenum, antequam solem ferias ipsum. — Transl., *splendorem -ere*, de solis radiis: PAUL. DIAC. Fest. 151, 5 manare solem dicebant antiqui, cum solis orientis radii splendorem -ere coepissent.

1 **iacto -** ostendere, praebere: ANAST. Vita Bas. 308 D 7 illa autem -avit chartam dicens: Sanctus Basilius ... misit me ad te. — *Se -are,* se conicere, confugere: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1017, 112, 26 si ... homo quacumque fecerit culpa et in ipso monasterio se -averit ... nullus penitus homo ipsum exinde per vim abstraat; *foris -are*, amovere: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 970, 188, 14 minime presummetis ... me exinde foris -are nec qualibet sacerdotem ... ibidem ponere. — Transl., abs., pro *se -are*: IOH. ARCHIC. 215, 39 si quis ... melius aliunde scire vel accipisse exemplum fortasse -averit: PAUL. DIAC. Exp. 138, 1, 32 aliis tribuere occasionem -andi; in imag.: PAUL. DIAC. Exp. 50, 1, 41 -a in deum cogitatum tuum et ipse te enutriet. — Cum *sub* et abl.: CASS. Var. 58, 8 iacebat tellus naufraga palustri torpore confusa et sub utroque -ta dispendio, nec aquarum puros liquores meruerat et decus terrenae soliditatis amiserat.

2 **iacto -** v. *A*2 *iento*.

iacon - v. *A*2 *diacon*.

iaculator - nom. sing. *-ur* inf. — GL. PHILOX. 192, 1, 22 -ur: ἀκοντιστής.

iaculatur - v. *A*2 *iaculator*.

iaculum - transl.: PS. AMBR. Gerv. 744 C 14 noli, noli ... te ipsum aeternae mortis -o vulnerare: IOH. VIII 72, 36 fratrem tuum erga ecclesiam Dei impie agentem ... ultionis divinę percutere -o studuisti; *-a calliditatis*, de temptationibus diaboli: SACR. GEL. 115, 9 quo signo inimici depellimus tela cunctaque -a calliditatis eius salubriter evadentes et expediti compedibus hoc fronte nostra ferimus signum.

iacuo? **-** ind. pf. 2ª pers. sing. *-astis* inf. — Fort. perper. pro *vacuo*: MON. NEAP. ARCH. II, a. 992, 119, 17 tu benistis et runcastis illa sepe de ipsa clusuria mea et -astis inde ipsa via. V. et *A*1 *iacuasset*.

iaiunus - v. *A*2 *ieiunus*.

iam - *iamiam* IOH. VIII 29, 38, *iamiamque* LIB. SACR. 109, 2, 11: inf. — *Iam iamque*, iam iam: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 51, 1 naves ... saepe cum -m -e mergendae sint, subitis undarum molibus retroactae, tanta rursus agilitate exinde elongantur, quanta prius adtractae sunt: IOH. VIII 205, 6 adhuc obsecramus ... ut i-e disciplinam recipientes ab ... Saracenis vos separetis. — *Paululum -m*, modo, nuper: RATH. Prael. 254 A 3 numquid iam iste paululum -m dictus ... ita agendum decrevit? — Fere *age*: PAUL. DIAC. Hymn. 119, 16, 61 -m, dux alumnis sat potens, / assis gregis suspiriis.

iambrices - v. *A*2 *imbrex*.

iambrico - v. *A*2 *imbrico*.

iamdictus - praedictus: IOH. VIII 103, 9 reclamationem filiorum -i Bosonis audivimus: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 965, 136, 10 componimus ... at custodes -e ecclesie ... auri solidos viginti quattuor.

iamfatus - *-mpha-* inf. — Praedictus: IOH. VIII 149, 1 si talis archicapellanus -i Karoli regis venerit: MON. NEAP. ARCH. II, a. 989, 89, 16 nullus homo faciendum exinde molestiam aut contrarietatem pars -phati monasterii.

iamiam, iamiamque - v. *A*2 *iam*.

iamnominatus - praedictus: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1022, 168, 15 ego -us Petrus comes langobardus.

iamphatus - v. *A*2 *iamfatus*.

iampraefatus - *-repha-* inf. — Praedictus: Mon. Neap. Arch. IV, a. 1005, 27, 17 terra ... offeruimus in -rephata ecclesia.

iamprephatus - v. *A2 iampraefatus*.

ianitor - in imag.: Romae inscr. II, 4149, 6 ut pastor magnus Leo septa gregemque christicolam servans -r arcis erat. — De Petro apost.: Romae inscr. II, 4127, 3 -r aeternae recludens limina vitae: Pass. Gaud. Nov. 421, 20, 23 iussis superni -is parentes arripiunt iter.

iantaculum - v. *A2 ientaculum*.

ianua - transl.: Gl. Plac. 24, 2, 24 Ianus est ... quasi mundi vel caeli vel siderum vel mensium -a: Vita Valent. Gen. 544, 1, 62 qui (*scil.* Christus) ad -am nostri cordis pulsat, ut cum Patre Spirituque Sancto veniens in nobis requiescat; in imag.: Rath. Prael. 215 B 6 ecce iudex ante -m assistit (Jac. V, 9). -a enim cuique ille est exitus improvisus, cui sors irrevocabilis illa velut fur assidet captans horam, qua animam insperate rapiat, et illuc ducat, ubi pro meritis propria recipiat: Lib. Sacr. 30, 1, 49 cuius (*scil.* sanctae Agathae) lampas coruscis emicat fulgoribus, ut reserata (*sic*) poli ingredi valeat -as.

ianuarius - *gen-* Mediol. inscr. 6209, 5.

iber - *imb-* inf. — Gl. Philox. 192, 1, 34 -r: ἡμίονος: 194, 1. 6 imb-um: ἡμίονον, πρόβατον.

ibi - *sibi* vit. typoth. Mon. Neap. Arch. I 2, a. 962, 101, 14, *ivi* Lex Rom. Raet. 371, 20: Mon. Neap. Arch. I 2, a. 974, 228, 20: II, a. 985, 54, 20. — Redund.: Brev. Hieros. 110, 37 in ipso monte genus silici -i admoratur. — Ad maiorem vim, cum *ipsum* coniung.: Mon. Neap. Arch. I 1, a. 932, 64, 3 sit offertum pro anima mea in ecclesia mea bocabulo sancti Petri ad Paternum unum modium de terra mea sita -i ipsum ad Paternum: I 1, a. 947, 169, 8 dono ... fundum meum positum in Marilianum una cum tres terras meas positas -i ipsum. — Eo: Cass. Var. 371, 23 regio illa ... marinis deliciis copiosa iucunditate perfruitur, quia -i mare supernum ac infernum ... delicias utriusque pelagi in unam congregationem sinus sui volubilitate perducit: Ioh. viii 112, 19 iubemus ... nec ipse Lambertus -i quoquomodo accessum habeat nec suus homo -i intrare possit; transl.: Cass. Var. 88, 9 libenter parendum est Romanae consuetudini, cui estis post longa tempora restituti, quia -i regressus est gratus, ubi provectum vestros constat habuisse maiores.

ibidem - *-es* Mon. Neap. Arch. I 2, a. 957, 55, 9, *ivi-* Mon. Neap. Arch. I 1, a. 920, 25, 15: IV, a. 1018, 122, 24. — Ibi: Paul. diac. Fest. 235, 2 piacularis porta Romae dicta propter aliqua piacula, quae -m fiebant. — Pro pronomine: Ioh. Archic. 215, 39 capitulare ecclesiastici ordinis, qualiter a sancta atque apostolica romana ecclesia celebrantur (*sic*), sicut -m (= in ea) a sapientibus et venerabilibus patribus nobis traditum fuit.

ibiden - v. *Lx ibidem*.

ibides - v. *A2 ibidem*.

ibse - v. *A1 ipse*.

ic - v. *A2 hic*.

icausus? **-** fort. err. lec. pro *(h)ic ausens*, i. e. *absens*: Mon. Neap. Arch. II, a. 992, 118, 14 signum manus memorato Ammato et Sergio hoc est genitori et filio tam pro vice eorum et pro vice Iohannis filio et germano eorum qui -us est.

iccirco (idc-) **-** *hic-* Mon. Neap. Arch. II, a. 994, 134, 9, *hidki-* II, a. 982, 20, 6: *itc-* Paul. diac. Exp. 79, 2, 11. — Petr. Pis. Gramm. 169, 13 rationales coniunctiones XVII sunt: ita, itaque, enim ... idc-o.

icon - *ig-* inf. — Acc. pl. *ig-as* Paul. diac. Hist. Lang. 163, 34.

iconomachus - sanctarum imaginum eversor, ital. *iconoclasta*: Steph. v 793 A 19 Nicaena etiam septima synodus auctores haeresis -orum damnavit, illorum vero sequaces per poenitentiam admisit.

ictericus - *hi-* An. ex div. 138, 10: 142, 29.

ictus - *hi-* inf., *hist-* An. ex div. 138, 114. — Nom. sing. *-ui* inf., acc. pl. *-os* inf. — Gl. Philox. 192, 2, 18 -ui: πληγή, θίξις, βολή, ῥιπή. — Morsus: An. ex div. 137, 28 malva ... trita cum rosaceo apium hi-os conpescit: 138, 2 semen eius (*scil.* malvae) cum vino tritum contra scorpionem hi-os pota.

idem - fort. perper. pro *id est* Ioh. Archic. 197, 2, 12, *emem* inf., *he-m* inf., *iduum* pro *idem* Gl. Philox. 193, 1, 3. — *ēand-* Resurr. 374. — Sing., nom. masc. *is-* Paul. diac. Hist. Lang. 105, 15: Anast. Theod. Stud. 736 C 7, gen. masc. *id-* Mon. Neap. Arch. I 1, a. 934, 77, 19: Petr. subd. Chron. 172, 18, *ei-* Mon. Neap. Arch. I 1, a. 946, 162, 3, *eo-* Cap. Fuld. 443, 5, fem. *ea-* Chron. Alt. 10, 12, neutr. *eo-* Paul. diac. Hist. Lang. 145, 6, acc. masc. *eum-* Ben. Mir. Cyr. 337, 1, 21: Rath. Prael. 221 A 4, *eo-* Paul. diac. Hist. Lang. 63, 10, *emem* Paul. diac. Fest. 67, 5, fem. *ea-* Paul. diac. Exp. 110, 2, 20: Paul. diac. Hist. Lang. 79, 19, *hea-* Mon. Neap. Arch. IV, a. 1016, 79,

16, *eam-* PASS. REG. 231, 1, 27: EUG. II 992, 23: RATH. Prael. 152 C 6, neutr. *eo-* PAUL. DIAC. Hist. Lang. 113, 9, abl. masc. *ed-* MART. HIER. 73, 1 41, *is-* CHRON. ALT. 9, 2. — Is: RATH. Prael. 167 B 12 non est potestas nisi a Deo: quod perspicacissime monstrant nobilium filii ad penuriae infamiam deducti et servorum soboles summatum obtinentes hereditates, quovis ordine eas- indeptae, insignes. — Not. locut. *in causa eius- negotii*, de eius- generis re: RATH. Prael. 271 C 2 veracissime sit dictum in causa eius- negotii «Mortem languenti, qui cum potuit non abstulit, inflixit».

ideo - *-oquem* inf. — PETR. PIS. Gramm. 169, 13 rationales coniunctiones XVII sunt: ergo, -o, igitur ... idcirco. — *Cum ... -o*: STEPH. IV 973 C 13 cum magna nobis sollicitudine instat cura pro universis Dei Ecclesiis ac bonis locis vigilandum, ... -o convenit nos pastorali tota mentis aviditate eorumdem venerabilium locorum maximae stabilitatis integritatem procurare. — Vero: MON. NEAP. ARCH. II, a. 981, 9, 2 -oquem nos i sumus Sellicto et Petri ... dedimus ... biginti quinque petie de terris nostris: II, a. 982, 24, 2 -oquem nos i sumus Petri et Iohanne ... talem placitum facimus.

ideoquem - v. *A*2 *ideo*.

ides - v. *A*1 *is*.

idioma - de sermone: ANAST. Theod. Stud. 730 B 10 scio quosdam non scientes utriusque -a linguae interpretationi meae derogaturos.

idololatra - adi.: PS. AMBR. Gerv. 745 C 15 Valeria ... dum reverteretur ad urbem Mediolanensium, incurrit homines -as Silvano sacrificantes in itinere.

idololatria - *ydolat-* IOH. VIII 295, 7.

idolomachia - idolorum pugna: RATH. Prael. 256 B 4 nam et quod gigantomachiam, et theomachiam, vel potius -am illam tuam ista adhuc in re mihi opposuisti, nequaquam et hoc vitium promisisti (*permisisti*, ed. Reid) celari, nempe, dum magis philopompi, quam veri philosophi, licet habitum praetendas, morem secteris, gigantomachiam saepius quam psychomachiam non modo relegens, sed et recolens, magis te idolorum cultorem quam Christi demonstras pontificem.

idolum - vanus deus, de homine: RATH. Prael. 256 B11 magis te idolorum cultorem quam Christi demonstras pontificem; imo -um te esse insinuas, dum tam meticulose ... te munire conaris.

idoneo (-io) **-** *se -are*, sacramento ab imposito crimine se purgare, exuere (cf. DUC. s. v. *idoneus*): CONCORD. 277, 27 si quis porcos aut pecoras ... in damnum miserit et se non ausaverit -iare, componat sol. 1, excepto damnum.

idoneus - *-ni-* inf. — Sensu leg., fide dignus: LEX ROM. RAET. 387, 15 omnis homo in iudicio pro causam suam tales testes presentare debet, cui fide reprovata non est; sed -nias personas in sua causam quilibet homo presentare debet. — Cum abl. relationis: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 101, 21 Droctulft ... inter Langobardos creverat, et quia erat forma -us, ducatus honorem meruerat.

idonio - v. *A*1 et *A*2 *idoneo*.

idonius - v. *A*2 *idoneus*.

idropicus - v. *A*2 *hydropicus*.

idus - *e-* RIGN. INSCR. VI, 4058, 1, *eid-* MEDIOL. INSCR. 6266, 10.

iduum - v. *A*2 *idem*.

iecur - *iocen-* GL. PHILOX. 204, 1, 2. — *-is laborare*, ex -e laborare: AN. EX DIV. 148, 24 aceda ... pulmonibus refrigerat, -is laborantibus succurrit.

ieiunium - *ge-* PAUL. DIAC. Exp. 55, 2, 27. — Abl. sing. *-um* inf. — CASS. ps. 481 D 2 -um dicimus, quoties a cibis carnalibus abstinemus, nec esuriem nostram aliqua comestione satiamus. — Sensu Christ.: KAL. BON. 354, 11 quando celebramus -um triduanum ... nichil laborandum est.; *-a paschalia*, de -o quadragesimali: PETR. SUBD. Chron. 173, 30 caput beatissimi Iohannis ... ostenditur mense februario, die vicesimo quarto, media -orum paschalium septimana. — Synaxis quae celebratur die ieiunii: CAP. FULD. 438, 2 in -o epifaniorum: 443, 4 in -um sancti Laurenti. — Sensu spirit.: SACR. GEL. 135, 2 quarta ... et sexta feria offeramus Domino spiritale -um. — Cum *de* et abl.: IOH. ARCHIC. 203, 7 Greci autem LXma de carne levant -um, monachi vero et Romani devoti vel boni christiani a LXma levant.

ieiuno - *ge-* PAUL. DIAC. Exp. 67, 1, 22, *ei-* GL. PHILOX. 179, 1, 17. — Seq. *a* et abl.: PAUL. DIAC. Exp. 139, 2, 22 sunt enim qui possunt -are a cibo et non a potu.

ieiunus - *iai-* PAUL. DIAC. Fest. 473, 1. — Transl.: CASS. Var. 30, 14 maior adhibenda cautela est, ut qui ad continuos excursus constituti sunt, turpi macie non tabescant, ne -a tenuitas laboribus praeventa succumbat et incipiat iter effici morosum; cum *a* et abl.: CASS. Var. 5, 12 aliter enim multa lectione satiatis, aliter

mediocri gustatione suspensis, aliter a litterarum sapore -is persuasionis causa loquendum est. — *-o*, adv., ital. *a digiuno*: AN. EX DIV. 147, 20 castania ... trita cum melle -o tussentibus datum prode est: 148, 2 nocesicce due ... adito salis grano uno simul conterentur et -o comestum contra omnia venena pugnant.

ientaculum - *ian-* inf. — GL. PHILOX. 192, 1, 29 ian-um: ἀκράτισμα, ἐνάγισμα: PAUL. DIAC. Fest. 473, 1 silatum antiqui pro eo, quod nunc ian-um dicimus, appellabant, quia ieiuni vinum sili conditum ante meridiem obsorbebant.

iento - *iact-* inf. — GL. PHILOX. 192, 2, 8 iactat: βουκκίζει.

ienu - v. *A*2 *genu*.

ifirmitas - v. *A*2 *infirmitas*.

ignaruris - GL. PHILOX. 195, 2, 9 -es: ἀγνοοῦντες.

ignarus - apud Christ., qui Deum ignorat: PASS. GAUD. NOV. 421, 21, 14 Domine, ... tuae fonte pietatis vivam aquam -is infundis, et inania pectora supples.

ignavatus - GL. PHILOX. 195, 2, 9 -is: ἀδρανισθέντων.

ignavus - GL. PLAC. 29, 2, 37 naviter est bene et industrie et caute, ... tractum a navi, unde navi dicuntur boni, -i stulti.

ignesco - *igni-* GL. PHILOX. 193, 1, 18.

ignia - GL. PHILOX. 193, 1, 18 -a: νοτία, φυκίασις: PAUL. DIAC. Fest. 93, 14 -a vitia vasorum fictilium.

ignifer - transl., fervidus: LIB. SACR. 118, 2, 48 qui (*scil.* Christus) ita suorum fidelium corda -o amore succendit, ut et mundi caducam contemnant gloriam.

ignis - *-ist* pro *ignes* GL. PHILOX. 196, 1, 2; *-e agrum* pro *-em sacrum* inf. — Gen. sing. -īs RESURR. 298. — PAUL. DIAC. Fest. 17, 17 arseverse averte -em significat. Tuscorum enim lingua arse averte, verse -em constat appellari. Unde Afranius ait (415) «inscribat aliquis in ostio arseverse». — De morbo: AN. EX DIV. 147, 20 sucus eius (*scil.* mentae) cum aceto et sulphur -e agrum tollit. — Transl.: GL. BER. 393, 9 ‘segnis’ dicitur hebes, quasi sine -e ingenii. — *-is ardens et inextinguibilis*, apud Christ., de inferni igne: PASS. MAX. CUM. PR. 323, 15, 8 Dominus vobis (*scil.* persecutoribus) praeparavit -em ardentem atque inextinguibilem. — *Fugiens -is*, stella transvolans: ANAST. Theod. Stud. 735 B 9 mons, qui Vulcanus vocatur, ... recessu invisibili motus est, quasi stadiis septem circa mare suspensus, ita ut usque hodie appareat videntibus, quasi figuratio tractus fugientis -is.

ignisco - v. *A*2 *ignesco*.

ignitabulum - *-vu-* inf. — GL. PHILOX. 195, 2, 21 -vulum: δᾳδὸς ῥαβδίον πυροστρόφον. — PAUL. DIAC. Fest. 93, 13 -um ignis receptaculum.

ignitavulum - v. *A*2 *ignitabulum*.

ignobilis - abiectus, turpis: CASS. Var. 163, 9 allegationibus tuis diutius perquisitis et ad rerum fidem deductis otium tibi non -e praesenti iussione largimur.

ignominia - *ad -am*, cum -a: RATH. Prael. 202 A 5 et cum alii de fastu paternae nobilitatis soleant superbire, tu ad -am tui ipsius, patrem nota paupertatis adustum, per plateas dimittis mendicando incedere.

ignorabilis - *-vi-* GL. PHILOX. 193, 1, 23.

ignorans - subst.: SACR. GEL. 46, 20 Domine, ... tua divinis purifica servientes pietate misteriis, quibus etiam iustificas -es.

ignoravilis - v. *A*2 *ignorabilis*.

ignoro - *g-* IOS. FL. Apion. 88, 14. — Part. praes. nom. pl. masc. *-antis* IOH. ARCHIC. 216, 31. — Seq. *quod*: STEPH. V 787 D 4 an -as quod haec (*scil.* Romanorum Ecclesia) omnium Ecclesiarum princeps existit?

ignox - v. *A*2 *innox*.

ignucus - v. *A*2 *eunuchus*.

igona - v. *A*2 *icon*.

igumenus - v. *A*1 et *A*2 *hegumenus*.

ihis - v. *A*2 *is*.

ilaritas - v. *A*2 *hilaritas*.

ilariter - v. *A*2 *hilariter*.

ilia - PAUL. DIAC. Fest. 71, 4 exiles et -a a tenuitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta: 92, 31 -a dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima.

ilicet - PAUL. DIAC. Fest. 92, 32 -t, sine dubio.

illabor - *inhavor* fort. pro *inla-* inf. — GL. PHILOX. 198, 2, 41 inhavor: προσμίξομαι.

illaesus (inl-) **-** *inle-* IOH. VIII 78, 11: GL. BER. 382, 10: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 946, 163, 14. — Transl., illibatus: ROMAE INSCR. V, 15376, 1 Elpidia inl-i genitalis tori femina; sensu spirit.: LIB. SACR. 14, 1, 8 praesta quaesumus omnipotens Deus, ut Unigeniti tui nativitatis diem puro corde et mentibus celebremus inl-is.

illaqueatus - *inl-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 19 inl-um alii pro vincto utuntur, alii pro soluto. — In imag.: GUMP. Venc. 215, 37

mortis lege -os, plerumque neglecta a civibus minus religiosis sepultura, funebris obsequii tumulavit officio.

illatio - *inl-* inf. — Gl. Philox. 198, 2, 14 inl-o: ἐπιφορά, εἰσφορά. — Tributorum solutio: Cass. Var. 28, 11 portum Lucini deputatis redditibus reparari iussio nostra constituit, ut XXV milia tegularum annua -e praestaret: 336, 25 quapropter sicut fiscalia onera nulla occasione volumus aggravari, ita constitutis temporibus praefinitas -es praecipimus ... compleri: 374, 3 tempus admonet humanis rebus indesinenter accommodum ... ut -um fiscalium curam annua festivitate reparemus.

ille - *-aque* pro *-a quae* An. ex div. 132, 17. — *el-* inf., *hi-* Paul. diac. Exp. 148, 1, 15, *ilorum* Chron. Alt. 12, 16, *-ut* Lex Rom. Raet. 340, 10: Mon. Neap. Arch. I 1, a. 927, 42, 7: inf. — Sing., nom. masc. *-i* Ioh. Archic. 206, 15, *-o* Quaest. mon. 592, 28, *-um* Lex Rom. Raet. 421, 10, *-us* Lex Rom. Raet. 417, 11, neutr. *-e* Paul. diac. Exp. 75, 1, 12, *-um* Paul. diac. Exp. 82, 2, 34, gen. *-o* Lex Rom. Raet. 442, 3, *-is* Quaest. mon. 591, 25: Chron. Alt. 11, 16, dat. masc. *-e* Lex Rom. Raet. 419, 8: Paul. diac. Exp. 167, 2, 41, *-um* Lex Rom. Raet. 383, 14, fem. *lei* Lex Rom. Raet. 350, 3, acc. masc. *-e* Paul. diac. Exp. 134, 2, 28, *-o* Lex Rom. Raet. 329, 11, *-ud* Paul. diac. Exp. 147, 1, 3: Mon. Neap. Arch. I 1, a. 920, 25, 16, fem. *-a* Lex Rom. Raet. 331, 16, neutr. *-ius* Chron. Alt. 6, 21, *-um* Lex Rom. Raet. 421, 10, abl. fem. *-i* Mon. Neap. Arch. I 1, a. 939, 119, 20, neutr. *-ut* Lex Rom. Raet. 354, 5, pl., nom. masc. *-is* Mon. Neap. Arch. I 1, a. 928, 45, 7, fem. *-as* Lex Rom. Raet. 343, 2: Ioh. Archic. 209, 35, acc. fem. *-es* Mon. Neap. Arch. IV, a. 1016, 90, 4, neutr. *-e* Romae inscr. II, 6449, 39, *-as* Chron. Alt. 11, 39, abl. masc. *-i* Paul. diac. Exp. 121, 2, 16: Mon. Neap. Arch. I 2, a. 946, 58, 9, *-us* Lex Rom. Raet. 429, 23, *-os* 346, 6. — *-ĭ* Resurr. 368. — Gl. Philox. 179, 1, 22 el-am: ἐκείνην. — Abund.: Mon. Neap. Arch. I 1, a. 935, 82, 15 sex uncias ex ipsa terra quas iam dictus genitor et socer noster ei -as venundedit: Paul. diac. Exp. 119, 2, 36 sacerdotes ... -a accipiunt in refectorio hoc quod iussum est. — Gen. pl. pro adi. *suus* (ital. *loro*): Chron. Alt. 11, 9 fuit heurus aquis magnissime, ita ut nullus hominum infra -orum domibus potuisset habitare. — Articuli vim habet: Ioh. Archic. 199, 21 sacerdotes ... semper manent inclinati preter tantum diaconum, qui -um calicem sublevatur; ead. signif., cum *alius* coniung.: Ioh. Archic. 206, 11 ingrediuntur sacerdotes ... sacerdus (*sic*) qui missas celebrat ... lavat manus suas, et cum ipse lavat manus suas, -i alii sacerdotes vel diaconi cum ipsas oblationis transeunt prae altare. — *Illud*, abs., de dictis vel sententiis notis: Dion. Gr. Nyss. hom. 345 C 14 nonnullas ineptias ita destruxit, ut -ud propemodum nobis insinuaret Apostoli quo fideles instruit dicens: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam (Coloss. II, 8): Anast. Vita Ioh. El. 498, 1, 12 nec rursus illa arriperem, quae ingenioli mei vires excedunt, secundum -ud Salomonis: Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud: Rath. Prael. 221 A 5 eumdem ipsum perfidi proditoris exemplo sugillans, iuxta -ud: In ore suo pacem cum amico loquitur, et in occulto ponit ei insidias (Jerem. IX, 8). — *Toti -orum*, omnes -i: Chron. Alt. 7, 14 portas ... unde toti -orum introeuntes et exeuntes erant.

illecebra - *illic-* Sacr. Gel. 45, 25: 204, 28, *inl-* inf. — Gl. Philox. 198, 2, 14 inl-ae: δελεάσματα, ἐνέδραι, κολακ<ε>ῖαι, νοθισμοί: Paul. diac. Fest. 100, 14 inl-ae ... ab inliciendo dictae: Paul. diac. Exp. 25, 2, 32 ideo dictum est -a, eo quod illiciat hominem.

illectio - illecebra: Cass. ps. 908 D 3 *Dominus custodiat introitum tuum* (Ps. 120). Hoc martyribus dictum competenter advertimus, quorum introitus a Domino custodiendus est, ne aut tormentorum violentia cedant aut blandimentorum -e seducantur: Petr. subd. Iul. 881, 35 hactenus errore illecti ... plures erroneos colentes deos, ad illum qui verus est Deus pervenire nequivimus. Amodo itaque nulla -o, nulla nos ab eius cultura separabit suasio.

illecto - Paul. diac. Fest. 104, 17 lacit: inducit in fraudem ... Unde et lactat, -at, oblectat.

illegalis - adi., legi non conveniens: Rath. Opusc. 524 A 4 -e coniugium nominat adulterium.

illegalitas - quod contra legem est: Rath. Opusc. 503 A 3 aut ritu Simoniaco, aut quavis alia -e ascendere: 568 C 5 Ioannem nostrae Ecclesiae doleo filium quamdam, ut fertur, Quadragesima suo despondi fecisse filio puellam nocte duxisse Dominica: -e scilicet, ut et Pedrevertus noster antea fecerat, duplici.

illegaliter - non legaliter, contra leges canonicas: Rath. Opusc. 607 B 6 ad sacros ordines -r ... accedere.

1 **illex** - *inl-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 15 inl-x producta sequenti syllaba significat qui legi non paret.

2 **illex** - *inl-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 16 inl-x correpta sequenti syllaba significat inductor, ab inliciendo.

3 **illex** - *inl-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 12 inl-es : canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab inliciendo dicti.

illibate - integre, in form. iuris, *indiminute ac -e* : STEPH. V 795 A 1 ecclesiae ... cum omnibus earum possessionibus per huius apostolici statuti privilegium, indiminute ac -e ab omnibus ... sub defensione sanctae sedis apostolicae habeantur et observentur.

illic - illuc : COD. CAR. 440, 29 papa Vigilius nec in basilica Beati Petri sedes tutas habere meruit ; in tantum ut -c praetor ... mitteretur, qui cum multitudine militum ... basilicam introivit : STEPH. V 793 D 3 convenit nos ... sedule ad eorum (*scil.* locorum) utilitatem subsidia -c referre : RAD. Pard. 372, 6, 12 cives sui ad limina Apostolorum venientes, indagare studuerunt si suus Pastor -c advenisset. — Transl., in correl. *hic* ... *-c*, in hac vita ... post mortem : PETR. SUBD. Iul. 880, 19 noli ... te tuamque progeniem in barathrum mortis mergere et perditionis, ut et hic pereatis, et -c Acherontis iudicia experiamini : LIB. SACR. 49, 2, 46 ut hic devotorum actuum sumamus aucmentum et -c aeternae beatitudinis percipiamus emolumentum : RATH. Prael. 152 A 14 et hic effectu potiri operis proficuo, et -c remunerari pro labore merearis proprio : 229 B 10 -c separabimur, qui hic communis honoris et ministerii officio fungi videmur.

illicebra - v. *A2 illecebra.*

illicio (inl-) - GL. PHILOX. 193, 2, 4 inl-xerit (*pro* -at) : colligerat, συνήθροισεν. — De aqua, canalibus deducere : PAUL. DIAC. Fest. 100, 12 inlices : canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab inl-endo dicti. — PAUL. DIAC. Fest. 25, 15 lacit, id est decipit. Hinc descendit inl-ere et oblectare, id est frustrantem inducere : GL. PLAC. 13, 2, 14 alliciendos : inl-endos vel persuadendos. — Transl., seq. *per* et acc. : BONIZO 664, 38 per cecam animi cupiditatem inl-ti.

illicitator - *inl-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 25 inl-r emptor.

illicite - *inl-* inf. — GL. PHILOX. 198, 2, 25 inl-e : παρανόμως, ἀπρεπῶς. — In form. iuris, nota locut. *-e aut iniuste facere* : LEX ROM. RAET. 309, 3 iudices provinciarum ... summam sollicitudinem habeant per omnia loca, ne actores potentum aliquid circa pauperes homines inl-e aut iniuste faciant.

illicium - *inl-*, *inlicivum*, *inlictum* inf. — GL. PHILOX. 198, 2, 28 inlictum : συνσκευή. — PAUL. DIAC. Fest. 100, 11 inl-um vocare antiqui dicebant ad contionem vocare : 101, 12 inlicivum dicitur, cum populus ad contionem elicitur.

illigo - nota constr. *sibi -ari* pro *inter se -ari* : CASS. Var. 68, 13 merito dicunt philosophi elementa sibi mutuis complexibus -ari, et mirabili coniungi foederatione, quae inter se contraria intelliguntur varietate pugnare. — Conectere, de aedificiis : CASS. Var. 17, 3 de Urbe nobis marmorarios peritissimos destinetis, qui eximie divisa coniungant, et venis colludentibus -ata naturalem faciem laudabiliter mentiantur. V. et *Lx inligo.*

illimatus - *inl-* inf. — GL. PHILOX. 198, 2, 27 inl-i : λεσμονηθέντες (?).

illinitus - *inl-* inf. — Nom. sing. masc. *inl-um* AN. EX DIV. 137, 3.

illiscum - PETR. PIS. Gramm. 168, 4 significationes adverbiorum multae sunt. Aut enim adverbia loci sunt ... aut personalia, ut mecum, tecum, secum -um.

illitteratus - *inl-* inf. — Non scriptus : PAUL. DIAC. Fest. 100, 18 inl-a pax est, quae litteris comprehensa non est.

illitus - *inl-* inf. — GL. PLAC. 25, 2, 15 inlitus : linitus.

illocum - v. *Lx in.*

illotus - *inl-* inf. — GL. PHILOX. 198, 2, 25 inl-um : ἄπλυτον, ἄλουστον, ῥυπαρόν.

illuc - illic : PAUL. DIAC. Hist. Lang. 174, 5 Pemmo ... patre genitus Billone, qui de Belluno fuerat, sed propter seditionem quam -c fecerat, in Forumiuli post veniens, ibi pacifice vixit : CHRON. ALT. 11, 5 constituit autem -c Aurii tribuni cum laudatione toti isti. — Illinc : PAUL. DIAC. Exp. 26, 1, 30 si non cognoscunt meliora ad quae debent progredi, nequaquam hortantur eos -c exire.

illum - v. *A2 hilum.*

illuminator - *inl-* inf. — Transl., sensu spirit. : SACR. GREG. 17, 17 Deus inl-r omnium gentium, ... illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod trium magorum mentibus aspirasti.

illumino (inl-) - seq. gen. : ANAST. Vita Bas. 307 C 8 mulier ... in semetipsam reversa, immensurabilium eius facinorum -ata mente, taciturno silentio recordabatur multitudinem

peccatorum suorum. — *(visu) -ari*, visum recipere: TRANSL. BARTH. 62, 2, 1 quaedam mulier ... diu non videns, ... aliquamdiu illic iacens, -ata (est): GUMP. Venc. 223, 8 mulier quaedam visu orbata ... ante sepulchrum beati Vencezlavi ... orans prostrata ... visu inl-atur.

illusio - deceptio, temptatio: SACR. GEL. 250, 25 humili prece deposco, ut ... a cunctis -ibus immundorum spirituum me ... conservare digneris.

illustracio - v. *A*2 *illustratio*.

illustratio - *inl-* inf., *-aci-* GUMP. Venc. 214, 4. — Transl., sensu spirit.: SACR. GREG. 71, 11 deus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus inl-e docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere.

illustris (inl-) **-** ad signif. pl. num. *inll* ROMAE INSCR. I, 5043, 14. — De sanctis: LIB. SACR. 30, 1, 51 O (sancta Agatha) -is et gloriosa, gemino illustrata decore. — Subst., nobilis: ANAST. Vita Ioh. El. 498, 1, 12 malitiam reservantem quemdam -ium contra alium Principem, audiens hic magnus Ioannes, monuit eum saepe.

illustro - *inl-* inf. — Illustrem reddere, de sanctis: PASS. GAUD. NOV. 418, 1, 6 per quanta et qualia signa eum (*scil.* sanctum Gaudentium) Dominus -are decreverit, tantillus famulus ... providere non satis queo. — Illustri dignitate decorare: CASS. Var. 243, 18 hinc est quod te comitiis domesticorum -atum honore decoramus, ut merito maiora de nostris debeas sperare iudiciis, qui in te adhuc meliora credimus inveniri. — Transl., sensu mor.: DION. Gr. Nyss. hom. 391 B 9 solum hunc (*scil.* filium) in doloribus noverat, solum suis lactaverat uberibus, solus -abat eius convivium, totiusque doloris, solus erat causa laetitiae; sensu spirit.: SACR. GREG. 40, 23 Deus, tuorum corda fidelium miserator inl-a.

illuvies - *inlubi-* GL. PHILOX. 198, 2, 32, *inlubre* 198, 2, 34.

1 **im -** v. *Lx*, *A*1 et *A*2 *in*.

2 **im -** v. *Lx*, *A*1 et *A*2 *is*.

imaginatio - effigies: CASS. Var. 318, 16 quapropter eorum vel formas habere gratissimum est, ut qui vivam substantiam non viderunt, opinatum animal tali -e cognoscant.

imago - *inm-* MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1002, 9, 10. — PAUL. DIAC. Fest. 99, 20 -o ab imitatione dicta. — Forma, aspectus: CASS. Var. 48, 26 ad candidatum ora convertite, ut paternarum laudum in hunc recognoscatis esse vestigium, nec tantum pater -em dedisse corporis quam signa iudicetur transfudisse virtutis.

imatilis - ex imo emergens: CASS. Var. 108, 16 qui (*scil.* aquilegus) aridis locis aquas possit dare -es, ut beneficio suo habitari faciat loca nimia sterilitate siccata.

imbarbesco - *inb-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 27 inb-ere: barbatum fieri.

imbecillitas - transl., sensu mor.: RATH. Opusc. 508 B 2 si enim caecus mente quilibet est; si per -em animi claudicat et viam vitae ambulare gressu non valet aequali, quamvis videat illam.

imbecillus - *inb-* inf. — Transl., sensu mor.: SACR. GEL. 74, 14 Deus incrementorum et profectuum spiritalium remunerator, qui virtute sancti spiritus tui inb-arum mentium rudimenta confirmas.

imbellia - *inb-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 101, 22 inb-am: belli inscientiam.

1 **imber -** in imag.: GREG. M. Cant. 494 C 2 praedicatores boni Scripturam divinam ... praedicant, ut ... Ecclesia ... munimen accipiat, quo ab -ibus tentationum protegatur: 498 C 8 possumus etiam per hyemem vitam praesentem intelligere, quae dum nos assiduis tentationibus impetit, quasi -ibus importunis ad sequendum Christum torpere compellit.

2 **imber -** v. *A*2 *iber*.

imberbis - *inbar-* GL. PHILOX. 195, 1, 37.

imbrex - *iambrices* inf., *imperges* inf., *impers* inf. — GL. PHILOX. 193, 2, 4 iambrices: καλυπτῆρες: 194, 2, 32 imperges: κελυπτῆρες (καλ-): 194, 1, 10 impers: καλυπτήρ.

imbrico - *iam-* inf. — GL. PHILOX. 193, 2, 8 iamb-at: σκέπει, καλύπτει.

imbubino - *inb-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 29, 3 bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinare. Lucilius (1186) «Haec, inquit, inb-at, at contra te inbulbitat».

imbulbito - *inb-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 29, 4 inb-are est puerili stercore inquinare, dictum ex fimo, quod Graeci appellant βόλβιτον.

imbuo - *inb-* inf. — GL. PHILOX. 195, 2, 6 -tus: μεμυημένος (Hor. E. 2, 2, 7 ?). — PAUL. DIAC. Fest. 96, 30 inb-tum est, quod cuiuspiam rei sucum perbibit. — Transl., sensu spirit.: SACR. GEL. 48, 13 Domine, ... prosequere quos reficis divino mysterio et quos inb-isti celęstibus institutis, salutaribus comitare solaciis.

imbutio - *inb-* inf. — GL. PHILOX. 195, 2, 14 inb-o: προβιβασμός, μύησις.

imemor - v. *A*2 *immemor*.

imfamia - v. *A2 infamia*.

imferus - v. *A2 inferus*.

imfestus - v. *A2 infestus*.

imitatio - *e-* GL. PHILOX. 180, 2, 16. — PAUL. DIAC. Fest. 99, 20 imago ab -e dicta. — Exemplum: ANAST. Vita Ioh. El. 505, 1, 47 hoc autem faciebat ille Sanctus ... volens -em bonam et post se futuris relinquere Patriarchis.

imitor - *e-* CASS. Inst. 76, 4: COD. CAR. 440, 11: inf., *imm-* EP. LANG. 712, 17. — Act.: GL. PHILOX. 180, 2, 16 e-at μιμεῖται: inf.; sequi: IOH. ARCHIC. 216, 19 oportet eos (*scil.* sanctos) diligenter inquirere et -are atque costodire (*sic*) sicut et Sancta Romana ecclesia costodit.

immaculatus - *inm-* inf. — Transl., sensu spirit.: SACR. GREG. 52, 21 ut santificatione concepta ab inm-o divini fontis utero in novam renata creaturam progenies caelestis emergat; *agnus -us*, epith. Christi: SACR. GEL. 94, 2 in ipsius agni -i agnitione gloriantes, qui seipsum pro nobis obtulit immolandum.

immanis - *inm-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 99, 19 inm-is ferus sive magnus.

immaniter - permultum, nimis: CASS. Var. 131, 10 excludenda est dispendiosa semper enormitas, ne augmento suo tumens summa deficiat incipiatque magis deesse, quia -r visa est accrevisse.

immarcescibilis - *-essi-* IOH. XII 1029 B 12.

immarcessibilis - v. *A2 immarcescibilis*.

immatiens - v. *A2 impatiens*.

immemor - *inm-* IOH. VIII 21, 22, *ime-* PASS. DIOD. 446, 2, 67.

immensitas - transl., magnitudo: ANAST. Vita Bas. 303 C 3 pater ... tam -e moestitiae absorptus, quam amicorum consiliis acquiescens ... praecepit fieri desiderium puellae.

immensus - gen. pl. *-um* inf. — GL. PLAC. 26, 1, 3 -orum thesaurorum ratio quidem facit sed propter euphoniam '-um' dixit.

immerite - v. *A2 immerito*.

immerito - *-e* inf. — GL. PHILOX. 194, 1, 18 -e: ἀλόγως ἀναξίως.

immeritus - *inm-* inf. — Indignus, immerens, sensu mor.: SACR. GREG. 109, 27 quaesumus Domine Deus noster, uti gratiae tuae munus, quod nobis inm-is contulisti, ... custodias.

imminens - gen. pl. *-um* inf. — Subst., qui tributis exigendis incumbit, compulsor tributorum: CASS. Var. 60, 21 factum est ut curiales, quibus nos volumus esse prospectum, -um sollicitudine coacti, gravia damna sentirent: 366, 31 ipse enim -em necessarium facit, qui solemnia praebere distulerit.

immineo (inm-) **-** confund. cum *emineo*: GL. PHILOX. 194, 1, 34 -et: ἐξέχει. — Transl., de reb., inesse: COD. CAR. 653, 3 cuius exemplar ... vestrae excellentiae direximus, ut agnoscatis, qualis fervor sanctarum imaginum orientalibus partibus cunctis christianis inm-et. — Transl., de homin., incumbere: CASS. Var. 54, 32 tantum enim a nobis exigis, quantum te bonis actibus -ere cognoscis; invigilare: CASS. Var. 69, 12 antiqua illic aedificiorum soliditas innovetur, ut sive in thermis sive in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat -ente reconstrui. — Trans., impendere, minari: SACR. GREG. 50, 17 nec te lateat satanas -ere tibi poenas, -ere tibi tormenta. — *Poenaliter -ere*, de Deo: LIB. SACR. 10, 1, 54 Deus, cui proprium est veniam delictis impendere, quam poenaliter -ere.

imminutio - de pecunia, deminutio: CASS. Var. 20, 1 non potestis ... scelestas -es efficere: 22, 10 quid enim interest, quo nomine possessor inferat, dummodo sine -e quod debetur exsolvat? — Detrimentum: CASS. Var. 84, 12 propositi quidem nostri est nova construere, sed amplius vetusta servare ... Proinde moderna sine priorum -e desideramus erigere.

imminutus - *inm-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 101, 7 'lacerum', quodcumque est in corpore inm-um. — Afflictus, inops: CASS. Var. 60, 12 quamvis sit querula vox doloris nec se contineant -i et laesus animus vociferatione pascatur, tamen liberior sermo promitur, qui nostra auctoritate laxatur: 130, 5 providentissimi principis est graviter -is relinquere tributariam functionem, ut redivivis studiis ad implenda sollemnia recreentur. — In arithm.: BOETH. Inst. ar. 1087 B 1 haec autem nobis consideratio maxime proderit, in his numeris cognoscendis quos superfluos vel -os imperfectosque monstrabimus.

immisceo - *inm-* inf. — Transl.: LIB. SACR. 142, 1, 38 quaesumus omnipotens Deus, ut haec sacrificia populi tui, quae tibi offerimus, ... donis caelestibus propitiatus inm-eas.

immissio - transl., impulsus: CASS. Var. 78, 20 ne videamini eorum -e laborare, qui maligne gaudent alieno certamine.

immissor - *-or tempestatum*, qui emittendarum tempestatum habet potestatem: RATH. Prael. 158 A 9 quibusdam miserrimis hominibus illud ascribens, quemlibet -em aut propulsorem, ut dicitur, tempestatum evocari donisque, ut hoc mederi dignaretur, placari.

immitor - v. *A2 imitor*.

immitto - *manus -ere in alqo*, ei manus intentare: RATH. Prael. 251 B 3 alium esse nullum, qui manus impune, et ipso Deo intacto, possit -ere in aliquo horum non vales invenire, etiamsi pennis possis volare. — Transl., de daemonibus, inspirare: PAUL. DIAC. Exp. 148, 2, 17 solet -ere diabolus homini ut vadat in monasterio, ut et se et alium decipiat.

immo - *imo* VITA SYRI 481, 1, 36: ANAST. Vita Ioh. El. 500, 2, 21, *inmo* COD. CAR. 435, 31. — PETR. PIS. Gramm. 168, 12 significationes adverbiorum multae sunt. Aut enim adverbia loci sunt ... aut eligendi, ut -o, potius, alioquin.

immobilis - *inm-* inf., *inmovi-* inf. — Abl. sing. *-e* QUAEST. MON. 591, 13. — Transl., immutabilis, firmus: ANAST. APOCR. Ep. 664 C 6 petens hanc (*scil.* orthodoxam confessionem) usque in finem -em conservari ad benignissimae misericordiae suae gloriam et salutem nostram. — *-e*, *-ia*, subst., de possessionibus, ital. *(beni) immobili*: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 927, 42, 25 omnia quodcumque modo habeo vel habuturus (*sic*) fuero de intus et foris mobilium et inm-ium sive homminibus: I 2, a. 964, 120, 12 si autem inm-vile ibi offertum fuerit post tuum transitum in possessione memorate ecclesie nostre remanere debeas (= debeat).

immoderantia - *inm-* inf. — Intemperantia, abs.: SACR. GREG. 41, 6 dignitas conditionis humanae per inm-am sauciata medicinalis parsimoniae studio reformetur.

immolo - *-mul-* GL. PHILOX. 194, 1, 30. — Nota constr.: SACR. GREG. 23, 23 oblatio, quam -ando totius mundi tribuisti relaxari delicta. — PAUL. DIAC. Fest. 97, 22 -are est mola, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare. — Transl., de martyrum sacrificio: LIB. SACR. 2, 2, 59 in hoc praecipue die triumphalem ostiam offerre, in quo antistes et martyr tuus Romanus fideli pro plebe -andus extitit. — *Sacrificium -are*, Missam celebrare: IOH. ARCHIC. 196, 1, 29 ita faciens ut ... puro corde accedat ad -andum sacrificium Deo.

immoror - abs., quiescere: CASS. Var. 28, 1 accipitres ... fetus suos novitate marcentes nidis proturbant, ne molli otio consuescant; alis verberant -antes, cogunt pullos teneros ad volatum.

immortalis - *inm-* PASS. FEL. TUB. PR. 254, 3, inf. — Gen. sing. *inm-es* COD. CAR. 435, 34. — Transl., sensu Christ.: ANAST. Vita Bas. 303 C 15 notatus est puer a quibusdam, quod non ingrederetur ecclesiam, neque attrectaret -ia et vivifica sacramenta.

immortalitas - *inm-* SACR. GREG. 12, 16. — Transl., sensu Christ.: SACR. GEL. 5, 11 salvator mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor, ita et -is sit ipse largitor: VITA SEVERINI 501, 1, 43 per quem (*scil.* Deum) concessa -s et victa mors: RATH. Prael. 203 B 11 invenies quosdam ... coronam -is cum palma victoriae, signis et miraculis ad exstincta eorum corpora clarescentibus, se accepisse, perspicacissime demonstrasse

immulo - v. *A2 immolo*.

immunditia - *inm-* inf. — Transl.: PS. GREG. Concord. 664 D 9 pomum nullam -am naturalem habuit, sed manducare prohibitum, hominem coinquinavit; sensu mor.: SACR. GREG. 125, 19 Deus, ... virtutem tuae benedictionis effunde, ut quidquid ... haec unda resperserit, careat inm-a, liberetur a noxa: VITA APIAN. 324, 2, 57 quisquis supernae patriae civis est, non iam timore supplicii, sed amore claritatis -am deserit: RATH. Opusc. 397 A 13 confiteor enim Domino ... omnia peccata mea, quaecunque feci ... in -is variis atque pollutionibus turpissimis: RATH. Prael. 201 B 7 cor, quod Dei debuerat per humilitatem atque munditiam esse templum, fit daemoniorum per superbiam atque -am delubrum.

immundus - *inm-* inf. — Transl., sensu mor.: ANAST. Vita Ioh. El. 509, 1, 9 filius tuus, ... si viveret, pravus et -us homo fieret. — *-us spiritus*, diaboli epith.: SACR. GREG. 52, 24 procul ergo hinc, iubente te Domine, omnis spiritus inm-us abscedat: TRANSL. BARTH. 62, 2, 34 puerulus ... qui fortiter ab -o spiritu vexabatur, ... iacuit ibi et ... sanus recessit.

immunis - *inm-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 97, 18 inm-is vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur; 127, 8 munem significare certum est officiosum; unde e contrario inm-is dicitur qui nullo fungitur officio. — Liber, vacuus, cum *de* et abl.: STEPH. V 806 C 11 de crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se esse -em. — Expers, expulsus: IOH. VIII 88, 29 si ... iustitiam de perpetratis facere noluerint, ab omni Christiana communione illos nostra auctoritate iudicate esse inm-es.

immunitas - *e-* inf. — Vacatio ab oneribus et tributis: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 969, 175, 30 e-em a nullo ex nostris removeri successoribus per Deum omnipotentem ... adiuramus. — Multa quae propter violatam immunitatem irrogatur: CONC. TIC. 153, 13 quod si quisquam

fecerit, restitutis male praesumtis, -em ipsius Ecclesiae persolvat.

immurmuro - *inm-* inf. — Trans., de rebus: Cass. Var. 261, 9 inaudita proprietas aquas voce hominum commoveri, et, quasi appellatae respondeant ita hominum sermonibus provocatae, nescio quid inm-ant.

immusulus - *inm-* inf., *inemistultus* inf. — Gl. Philox. 194, 1, 40 -us: εἶδος ὀρνέου: 197, 1, 15 inemistultus: ὄρνεον βασιλικόν, ὄρνις βασιλικός: Paul. diac. Fest. 3, 11 alites volatu auspicia facientes istae putabantur: buteo, sanqualis, inm-us, aquila, vulturius: 99, 23 inm-us avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt: 101, 1 inm-us ales ex genere aquilarum, sed minor virium, quam aquilae; quae volucris raro et non fere praeterquam vere apparet, quia aestum algoremque metuit. Appellatur autem ita, quod subito et inexpectata se inmittat.

immutilatus - *inm-* inf. — Transl., integer, illibatus: Leo ab. Hug. 688, 17 privilegia Romanae aecclesiae ... subsistere non cessabit (*sic*) inm-a.

1 **imo -** v. *A2 emo*.

2 **imo -** v. *A2 immo*.

impacatus - *inp-* inf. — Adi., pace carens: Ioh. viii 229, 13 sollicitudo clementię vestrę ... nihil in-um, nihil voluit esse diversum. — Subst., implacabilis, impacificus: Cass. Inst. 65, 13 licet textus planissimus esse videatur, ... modo tamen ... aut superbiam damnat, aut bona humilitatis exaltat; aut -os reprimit, aut charitate plenissimos consolatur.

impaenitendus - *-a*, neutr. pl., subst.: Cass. Var. 3, 9 respondendi celeritatem cunctos videtis exigere, et creditis me -a proferre?

impar - *inp-* Rav. inscr. 315, 12: inf. — Gl. Philox. 199, 1, 33 inp-r: ἄνισος, ἄζιγος (-ζυγ-). — *-es*, abs., debiliores: Cass. Var. 17, 26 sic enim aequitatis libra servabitur, si auxilium largiamur -ibus, et metum nostrum pro parvulis insolentibus opponamus. — *-r numerus*: Cass. Inst. 133, 21 -r numerus est qui in duabus partibus aequalibus dividi nullatenus potest, ut III, V, VII, VIIII, XI et reliqui: Paul. diac. Fest. 97, 6 inp-em numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt. — De tibiis: Paul. diac. Fest. 97, 5 inp-es tibiae: numero foraminum discretae.

imparatus - cum *ad* et acc.: Cass. Var. 162, 1 immemor promissionis suae ad constituta semper -us occurrit.

imparens - *inp-* inf. — Paul. diac. Fest. 96, 22 inp-em, non parentem, hoc est oboedientem.

impartibilis - indivisibilis: Boeth. Anal. post. 761 B 5 iterum in his statur, quousque uti -a stent et universalia, ut huiusmodi animal, quousque animal.

impartio - v. *A2 impertio*.

impatiens - *imma-* inf. — Gl. Philox. 194, 2, 9 imma-s: ἀνέφικτος.

impedimentosus - qui impedimento est: Cass. Var. 34, 15 echeneis illis -a venalitas est, concharum morsus, insatiata cupiditas.

impedimentum - *inp-* inf., *inpeli-* inf. — Paul. diac. Fest. 96, 9 inpeli-a inp-a dicebant. — Transl., sensu concr.: Paul. diac. Fest. 241, 5 putus antiqui dicebant pro puro, unde putatae vites et arbores, quod decisis inp-is remanerent purae. — Transl., sensu spirit.: Sacr. Greg. 127, 5 omnipotens Deus, ... da spiritum sanctum, qui ... a mundi -o vel saeculari desiderio cor eius (*scil.* famuli tui) defendat.

impedio - *inp-* inf., *inp-iad* Quaest. mon. 591, 54, *inpet-* inf. — Gl. Philox. 199, 2, 1 inp-o: ἐναργος (-είργω?), ἐμποδίζω. — Transl., sensu spirit.: Sacr. Gel. 61, 20 plebem tuam, Domine, restaura, ut quam corporeis non vis delectationibus inpetire, spiritali facias vigere proposito.

impello - *inp-* inf. — In imag.: Paul. diac. Exp. 81, 1, 18 sicuti paries, si antea non fuerit siccatus a suo humore et fuerit inpulsus a vento, deicitur ... ita et homo, ... cum inp-sus fuerit ab aliqua aura faboris ... deicitur.

impendium - *inp-* inf. — *-a*, necessaria: Gl. Philox. 199, 2, 2 inp-a: τὰ ἐγχριζοντα (-χρή-).

impendo - *inp-* inf. — Transl., attribuere: Cass. Var. 186, 32 frequenter nocuit aliis ipsa quoque integritas actionis. Nam multos, quos in executione contristare nisi sunt, ipsos postea -sos iudices pertulerunt; conferre: Cass. Var. 55, 3 studii nostri est, patres conscripti, ... bonae indolis viros ad instituta meliora fructu -sae benignitatis accendere; tribuere: Paul. diac. Exp. 134, 2, 18 de illis, quibus necessaria regulariter -enda sunt: Anast. Theod. Stud. 736 C 11 quare ... aliquem tibi honorem -ere debeamus?: Rath. Prael. 202 B 5 omnibus misericordia -enda, etiam a fide extraneis; praebere: Anast. Vita Ioh. El. 500, 2, 11 plagatos quidem et infirmos in xenodochiis et nosocomiis fecit recumbere, praecipiens curam eis et medicinam gratis -i; concedere: Lib. Sacr. 10, 1, 54

aeterne Deus, cui proprium est veniam delictis -ere, quam poenaliter imminere; seq. *ut*: Sacr. Greg. 60, 2 adesto quaesumus Domine familiae tuae et dignanter -e, ut quibus fidei gratiam contulisti et coronam largiaris aeternam. — *Se -ere*, se dedere (ital. *spendersi*): Cass. Var. 163, 3 in qua parte ita se sublimitas vestra diligenter -at, ut et iustitiae et publicis utilitatibus satisfecisse videatur. — *Minutatim -ere*, dissecare?: Pass. Marc. Nic. 474, 16 sacrificate, ne vos minutatim gladio -am.

impenetrale - *inp-* inf. — Gl. Philox. 199, 2, 3 inp-a[bi]le: ἀδύνατον, ὅπου τις οὐκ αφιετε (ἐφίεται) εἰσελθειν, ἀνόδευτον: Paul. diac. Fest. 96, 32 inp-e, cuius ultimum penetrale intrare non licet.

impennatus - *inp-* inf. — Paul. diac. Fest. 231, 5 pennatas inp-asque agnas in Sal<i>ari carmine spicas significat cum aristis, et alias sine aristis: agnas novas voluit intellegi.

impensa - *inp-* inf. — Gl. Philox. 199, 2, 8 inp-a: ἀνάλωμα, ἐλεόγαρον (ἐλαιό-). — Gl. Plac. 26, 1, 17 -a: ab impendendo, quod est erogando, et scribitur per N (*sic*).

impensus - *inp-* inf. — Paul. diac. Fest. 96, 12 inp-am stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.

imperatio - Mon. Neap. Arch. II, a. 989, 89, 25 concedimus in sancto monasterio ... omnem servitium et -em videlicet equum per servitium publicum faciendum et angarias et vigilias civitatis et muros vel turres custodiendum.

imperativus - *inp-* Gl. Ber. 390, 6. — De quadam animae virtute: Cass. an. 1291 C 5 virtutes animae naturales quinquepertitas veteres esse voluerunt ... Secunda, -a, quae iubet organis corporalibus motus diversos, quos implere decreverit: hoc est, transferri de loco ad locum, voces edere, membra curvare. — In log., species propositionis: Boeth. Cath. syll. 797 B 14 sunt vero species orationis in angustissima divisione quinque ... -a, ut accipe codicem. — *-us sermo*, f. *iussum*: Dion. Gr. Nyss. hom. 391 A 3 veluti e somno puellam -o sermone resuscitavit ad vitam.

imperator - gen. sing. *-i* Mart. Hier. 79, 2, *-oribus* pro *-orum* Chron. duc. 565, 10: Petr. subd. Chron. 170, 6. — *-r aeternus* vel *immortalis*, Dei epith.: Vita Apian. 323, 2, 71 quondam vitasti terrena lucra ... nunc nites infra aulam -is aeterni: Pass. Marc. Ap. 285, 37 habeo -em immortalem qui mortuos vivificat.

imperfectus - *inp-* inf. — Rudis: Paul. diac. Fest. 321, 7 rudus vel raudus cum dicitur, res rudis et inp-a significatur. — Transl., sensu mor.: Ioh. viii 290, 23 inp-us est, cui tantum pallii donum aufertur; *-i*, subst.: Bert. Barth. Lip. 40 D 14 vide eum (*scil.* Bartholomaeum) ... deducentem, revocantem, pugnantem, propellentem bestias haereseos, daemonumque phalangas -os iugiter rigare manu doctrinae.

imperges - v. *A2 imbrex.*

imperialis - de rege: Cass. Var. 246, 20 solent quidem venientes ad aulicas dignitates diutina exploratione trutinari, ne -e iudicium aliquid probare videatur ambiguum: 249, 4 te forensibus negotiis insudantem oculus -is aspexit, nec latere potuit, qua fide suscepta peregeris.

imperialiter - iuxta privilegium imperatoris: Rath. Opusc. 617 A 12 legaliter et -r sancitum est ab Ecclesia ... extrudere.

imperitia - *inpir-* Cod. Car. 434, 2.

imperitus - *inp-* inf. — Paul. diac. Fest. 321, 8 hominem quoque inp-um rudem vocamus.

imperium - Gl. Philox. 194, 2, 21 -um: ἡγεμονία, κράτος βασιλικόν. — Nota locutt., *ad -um*, ital. *al comando*: Paul. diac. Hist. Lang. 66, 11 vocis ad -um tempnunt dare frena loquelis; *cum -o est*: Paul. diac. Fest. 43, 15 'cum -o est' dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur -um; *privata -a*: Paul. diac. Exp. 170, 1, 7 privata -a sunt quae separata sunt ab -is abbatis vel prepositorum, quorum -is non licet cuiquam postponi. — Transl., sensu spirit, de Deo: Pass. Max. Cum. pr. 323, 9, 3 Deus omnipotens ... regit regna, -a; de Trinitate, in form.: Vita Laur. 62, 1, 33 Deus noster Iesus Christus, cui est cum Patre et Spiritu sancto honos, laus et -um nunc et semper et in aeternum et ultra: Anast. Vita Ioh. El. 517, 1, 70 cum quo (*scil.* Christo) est Patri una cum sancto Spiritu gloria et honor et -um, nunc et semper; *caeleste -um*, de regno caelorum: Lib. Sacr. 117, 2, 34 huic (*scil.* Petro) claves caelestis -ii ... contulisti.

impermistus - v. *A2 impermixtus.*

impermixtus - *-ist-* inf. — Non mixtus: Boeth. Diff. top. 1210 C 12 si enim ita partes (*subaud.* causae) ut species, quomodo fieri potest ut in una causa plures constitutiones sint? Nam species sibi invicem -istae sunt: Ios. Fl. Apion. 136, 4 Lacedaemonii non erant de -a sui conversatione reprehendendi.

impero - *indup-* inf., *inp-* inf. — Part. praes. gen. pl. *-antum* CASS. Var. 13, 18. — Ger. abl. pro part. praes.: Ps. GREG. Concord. 660 A 14 sanctus Spiritus in Actibus apostolorum -ando locutus est: Segregate mihi Paulum et Barnabam in opus ad quod vocavi eos (Act. XIII, 2). — GL. PHILOX. 194, 2, 12 -o: προστάσσο (-ω): 197, 1, 5 indup-at: ἐπιτάσσει. — *-ans*, subst., rex: CASS. Var. 21, 24 animus enim dolosus non arbitrium sequitur -antis, sed suas potius explicat voluntates. — Transl. et in imag.: CASS. Var. 100, 20 mancipia servitium declinantia ... prioribus dominis iubemus ... restitui, quia confundi non decent iura, -ante iustitia: IOH. VIII 12, 23 sciatis quia ... necessitate remota, removeatur etiam id, quod necessitas -arat (= -averat): 21, 8 fili Christianissime, ... subvenite celeriter, ... quatenus super illis (*scil.* Saracenis) et praesentialiter Deo propitio gaudeatis, et in futuro ... cum Christo perpetes in coelestibus inp-etis.

imperpetuus - *-is temporibus*, perpetuo: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 946, 156, 4 absit habeatis exinde ... requesitione aut molestia ... ha nunc et -is temporibus: IV. a. 1016, 101, 19 ex ipse due parti ... querere aut contrare per ... nullam atinventam rationem -is temporibus; *-um*, ead. signif.: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 937, 104, 2 nullatenus ... licentiam habeatis querere per nullum modum nec per summissis personis -um.

impers - v. *A2 imbrex*.

impertio (-or) **-** *inp-* inf., *-par-* STEPH. V 800 A 1. — Part. pf. *inpersa* PAUL. DIAC. Exp. 30, 1, 35.

imperturbabilis - moderatus, parcus, omni liber intemperantia: ANAST. Vita Bas. 299 B 14 qui (*scil.* sanctus Basilius), congregatis iuvenibus, docebat eos ... gressum mitem, vocem temperatam, sermonem ordinatum, cibum et potum -em, coram senioribus silentium.

impesco - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 13 inp-ere: in laetam segetem pascendi gratia inmittere.

impeto - *inp-* inf. — Accusare, seq. gen.: CASS. Var. 124, 27 si rei criminis, cuius -untur, fuerint approbati, sententiam subeant, quam iuris definita sanxerunt; seq. abl.: IOH. VIII 16, 28 iubemus archidiaconum ad nos venire Torcellensis Ecclesię, similiter et Altinensis abbatem monasterii ... quo impraesentiarum super his, quibus inp-untur, idoneam rationem canonicamque ... subeant ultionem; seq. *pro* cum abl.: CASS. Var. 255, 11 presbyterum ... ecclesiae Romanae pro levibus causis asseritis criminaliter -tum. — *-tus*, subst., reus: CASS. Var. 124, 14 comiti Arigerno praecepta direximus, ut ... ad iudicium protrahat -tos.

impetratio - *inpetracio-* LEX ROM. RAET. 311, 13. — Sensu leg.: LEX ROM. RAET. 314, 19 de amissa actione inp-is.

impetratus - GL. PHILOX. 199, 2, 3 -us: θυσία.

impetro - *inp-* inf. — Ind. pf. 3ª pers. sing. *-abit* GL. PHILOX. 194, 2, 26. — PAUL. DIAC. Fest. 253, 24 -are est exorare et perpetrare perficere. — In form. iuris: LEX ROM. RAET. 433, 15 quicumque .. ante testes ingenuus (*sic*) per haec verba sine carta donare potest: «Rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, quoque et inp-o vos, mei dulcissimi amici, ut ...».

impetus - *-ŭ* RESURR. 310. — In imag.: SACR. GREG. 52, 16 qui (*scil.* Deus) gratiae tuae affluentis -u laetificas civitatem tuam.

impexus - *inp[l]e-* inf. — GL. PHILOX. 199, 2, 28 inp[l]exa barba: δασυπώγων (Verg. G. 3, 366).

impignoro - *inp-* inf. — Oppignoro: LEX ROM. RAET. 423, 22 homo, qui aliquam rem suam inp-erit alicui ... ipsam rem vindere non potest, antequam eam retollat de illum hominem, cui eam habet inp-atam.

impingo - *inp-* inf. — GL. PHILOX. 199, 2, 27 -it: ἐνπήσσει (ἐμ-). — Transl., impugnare: LEO AB. Hug. 688, 15 privilegia Romanae aecclesiae -i possunt, transferiri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt: quae permanet (*sic*) illibata. — Abs., de navibus, ad ripam appelli: CASS. Var. 380, 9: carinae vestrae flatus asperos non pavescunt; terram cum summa felicitate contingunt et perire nesciunt, quae frequenter -unt.

impinguo - in imag., reficere: GREG. M. Cant. 516 C 12 dilectus ... favum cum melle comedit, quando ... ad sanctorum convivium sanctam animam sua delectatione -andam transigit.

impius - acc. pl. *-us* inf. — GL. PHILOX. 194, 2, 22 -us (-os): ἀσεβεῖς. — Subst.: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1008, 39, 4 quadam die cum ... cogitare cepissem diem mortis et eternum iudicium, et qualiter -ii et peccatores cruciabantur in inferno.

impleo - *inp-* MART. HIER. 29, 1, 13: LEX ROM. RAET. 389, 10: PAUL. DIAC. Fest. 475, 18: al. — Abs., parere: PAUL. DIAC. Exp. 14,

2, 45 quare iunxit inoboedientiae desidiam? ... eo quod desidia dicta est quasi desinentia, et ille qui desinit -ere, statim efficitur inoboediens. — Adimplere: CHRON. ALT. 8, 5 quidquid mihi iuste aut devota mente pecierit, aut alieni quod ad te in alienis nunciatum est, omnia tibi et illorum -ebuntur. — Transl.: LIB. SACR. 17, 1, 4 verus agnus et aeternus pontifex hodie natus Christus -evit. — De pecunia, solvere: CASS. Var. 147, 21 comperimus Thomatem ... decem milia solidorum reliquatorem nostris utilitatibus extitisse et per diversas ludificationes non -ere debitam quantitatem; *fiscum -ere*, pecuniam in aerarium referre: 24, 29 quicunque Gothorum fiscum detrectat -ere, eum ad aequitatem redhibitionis artetis. — De tempore, complere: MIR. ANAST. 234, 13 dum -eret puella in monasterio menses decem. — *Oratores -ere*, oratorum munere fungi: CASS. Var. 177, 31 advocati tibi militant eruditi, quando in illa patria difficile non est oratores -ere, ubi magistros eloquentiae contingit semper audire.

implexus - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 97, 1 inp-xum, inplicatum, quod Graeci ἐμπλεγμένον dicunt.

imploratus - imploratio: LIB. SACR. 16, 1, 27 omnipotens Deus, ... sicut nobis per doctrinam apostolicam catholicae fidei rudimenta donasti, ita etiam -u beati apostoli tui illius caelestia tribuas sine fine praesidia.

imploro - *inp-* SACR. GREG. 22, 26: GL. PHILOX. 199, 2, 34: inf. — PAUL. DIAC. Fest. 67, 13 inp-are ... est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis.

impluo - *inp-* PAUL. DIAC. Fest. 96, 10. — Infundi: CASS. Var. 369, 12 manat illic leviter provocatum lac uberibus fistulosis et quasi in alios ventres naturae ubertate collectum, non guttis -uit, sed quibusdam repentinis torrentibus influescit.

impluvium - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 10 inp-um, quo aqua inpluit, collecta de tecto. Conpluvium, quod de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum.

impoenitudo - impoenitentia: PS. GREG. Exp. 645 D 2 hos (*scil.* peccatores) tamen aliquando resuscitat Jesus, et sublato -is lapide, a tenebris ad lucem revocat.

impolitia - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 95, 26 inp-as censores facere dicebantur, cum equiti aes abnegabant ob equum male curatum.

impolitus - transl.: CASS. Var. 381, 32 non ibi advocatus aderat, non se partes sollemni actione pulsabant: erat secretarium -a seditione confusum et appellabatur abusive iudicium, ubi non allegabantur a partibus dicta prudentium.

impollutus - in imag.: LIB. SACR. 171, 1, 12 Deus, ... praesta quaesumus famulis tuis, ut -is semper tibi gressibus praesentemur.

impomentum - PAUL. DIAC. Fest. 95, 26 -a quasi inponimenta, quae post cenam mensis inponebant.

imponimentum - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 95, 26 impomenta quasi inp-a, quae post cenam mensis inponebant.

impono - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 99, 8 insitum ab inserendo tractum, aliquando significat inp-tum; 64, 2 dignorant, signa inp-unt, ut fieri solet in pecoribus. — Cum acc. sine praep.: AN. EX DIV. 150, 1 inplaustrum inp-is podagras. — *Se -ere*, stare: CHRON. ALT. 7, 27 non longe se inp-ebat ea nubis. — Sensu leg., *ad alqm crimen -ere*, eum crimine accusare: LEX ROM. RAET. 367, 3 quicumque homo ad alterum hominem iratus ... crimen inp-erit, habeat spacium ... ut dicat ‘Ego qui dixi, hoc probare possum’. — In re liturg., cantum incipere et moderari: ORDO ROM. 128, 26 pontifex ... respiciens ad priorem scholae, adnuit ei ut dicat Gloriam; et prior scholae inclinat se pontifici, et -it: PAUL. DIAC. Exp. 102, 2, 35 ille, qui a mensa separatur, in oratorio neque lectionem recitare aut psalmum incipere aut antiphonam -ere debet. — *Alci mulieri velamen sacri habitus imponere*, ad monachicam vitam eam cogere: IOH. VIII 203, 23 Theoderona ... questa est nobis quod, viro suo defuncto, velamen sibi sacri habitus ab eiusdem viri sui fratris dumtaxat germani vi ... inp-tum fuerit.

imporcitor - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 3 inp-r, qui porcas in agro facit arando. Porca autem est inter duos sulcos terra eminens.

importabilis - qui nequit sustineri: CASS. Var. 206, 11 noxias arbores, quae inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam moenium -es arietes, censemus radicitus amputari.

importunitas - molestia, pl. adhib.: CASS. Var. 22, 11 a nostra mansuetudine -es competentium submovemus; inopportunitas: CASS. Var. 69, 13 virgulta quoque noxia -e nascentia, evulsis cespitibus auferantur, ne radicum quidam

capilli paulatim turgentes fabricarum visceribus inserantur.

importunus - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 16 inp-um, in quo nullum est auxilium, velut solet portus esse navigantibus.

impossibilis - *inp-* inf. — Sensu leg., de eo quod adimpleri non potest: LEX ROM. RAET. 361, 14 alia donatio est, ubi donator scribit illi, cui donat, in ipsa donatione aliquas causas, qui inp-e est, quod ille postea nullum modo facere potest.

impossibilitas - *inp-vi-* PAUL. DIAC. Exp. 90, 1, 34. — Nota locut. *-is concupiscentiam* pro *-em concupiscentiae*: IOS. FL. Apion. 58, 1 -is concupiscentiam (τὸ ἀδύνατον τῆς ἐπιθυμίας) non praescivit. — Inopia, cum *egestas* redund.: RATH. Prael. 235 D 1 quae, rogo, illa beatitudo, quam aliqua inefficax excruciat cupido? quae felicitas, quam quaevis -is addicit egestas?

imposterum - in posterum: PASS. GAUD. NOV. 420, 16, 10 utilius esse ratus est, ut dum superstes adhuc esset, successorem ... nuntiaret, ne -m aliqua disceptatio ... oriretur: BEN. MIR. Cyr. 336, 2, 3 quae temporibus istis Dominus fecit ... tam praesentibus, quam futuris -m, dignum duxi ... revelare: SERM. ROFIL. 381 A 7 vere se lavat, qui ... numquam se -m in praeteritis peccatis commaculat.

impostor - *inp-ur* inf. — GL. PHILOX. 199, 2, 40 inp-ures: ἐπιθέται.

impraetermisse - *inpre-* inf. — Sine praetermissione: ANAST. Vita Ioh. El. 511, 1, 45 -e autem et huius mandati curam habuit hic admirabilis; continue: IOH. VIII 22, 36 clementiam vestrę celsitudinis imploramus ... ut eosdem sanctę Dei ecclesię hostes atque prędones, ... ad lugenda mala quę inpre-e hactenus operati sunt ... exilio deputetis. V. et *Lx inpraetermisse.*

imprecor - *inp*-inf. — GL. PHILOX. 200, 1, 16 inp-or: καταρῶμαι (Verg. A. 4, 629?).

impresenti - *-is* inf. — Coram: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 946, 156, 8 pro eo quod accepimus a te exinde -i idest auri solidos quadraginta octo: IV, a. 1014, 69, 10 chartula comparationis mee ... ego -is apud bos remisi pro vestra heredumque vestrorum defensione. V. *Lx* et *A*1 *presens.*

impressio - tactus, tactio: PASS. VIG. 165, 1, 43 languores aegrotantium curans, oppressos a daemonibus -e vexilli curabat. — De nisu evomentis: VITA VALENT. GEN. 545, 1, 34 quidam vir ... dum hora prandii pranderet, subito quaedam offa carnis in eius haesit gutture, ut nulla agitatione vel -e eiicere eam posset vel glutire.

impretiabilis - omne pretium superans, inaestimabilis: CASS. Var. 114, 11 indicamus nos venientibus legatis vestris -is quidem rei, sed more gentium, suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decuit esse nuptiales: 273, 15 baianis litoribus nil potest esse praestantius, ubi contingit et dulcissimis deliciis vesci, et -i munere sanitatis expleri.

impretium - v. *A*2 *pretium.*

improbitas - *inp-* inf., *-ovi-* inf. — Molestia: PAUL. DIAC. Exp. 142, 1, 27 frater qui sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius -vitate: 142, 43 -em dicit susurrationem, vocem vel sonum. — Iron.: IOH. VIII 246, 17 qui (*scil.* Athanasius episcopus), ut ita dixerim, inp-em nostram licet ficte non tolerans, promisit se ... pactum cum Saracenis habitum soluturum.

improbus - *inp-* inf. — GL. BER. 396, 7 bene 'inp-um' dicit, qui totiens repulsus non desistebat.

improles - *inp-* inf. — GL. PHILOX. 200, 1, 27 inp-es: ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευόμενος. — GL. PHILOX. 200, 1, 34 inp-es: ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνηβος. V. et *A*2 *improlus.*

improloquibilis - *inp-* inf. — GL. PHILOX. 200, 1, 24 inp-e: ἀλάλητω (-ον).

improlus - *inp-* inf. — Nom. *inp-is* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 7 inp-us vel inp-is qui nondum esset adscriptus in civitate. V. et *A*2 *improles.*

improvidus - *inp-* inf. — GL. PHILOX. 200, 1, 18 inp-a: ἀδιοίκητα (Verg. A. 2, 200?).

improvitas - v. *A*2 *improbitas.*

impubes - *inp-* inf. — Nom. pl. masc. *inp-eri* IOH. VIII 127, 29.

impudens - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 205, 4 Oscis ... frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde et verba inp-a appellantur obscena.

impudentia - *inp-* inf. — Cum *audacia* f. redund.: IOH. VIII 240, 15 didicimus te multa per horrendę temeritatis inp-am sive audaciam egisse illicita. — De martyrum perseverantia: PASS. URB. I 11, 2, 35 miseri non erubescitis, qui totiens damnati proscriptionibus in -a perduratis?

impugnatio - accusatio: CASS. Var. 132, 33 si nullis -ibus enervantur asserta, laesionem non patimur miseris inhaerere, quam suis constiterit machinatoribus displicere. — Transl., sensu spirit.: SACR. GEL. 161, 19 Deus, ... quaesumus, ut et cor nostrum ad expugnandas dilates

passiones, sensusque nostros ad -um certamina superanda confortes.

impugnator - *inp-* inf. — Criminator: CASS. Var. 18, 19 volumus ... -es eius legitima poena percellere. — Diaboli epith.: SACR. GREG. 52, 28 sit haec sancta et innocens creatura libera ab omni inp-is incursu.

impugno - *inp-* inf. — Transl., infestare, de diaboli temptationibus: SACR. GREG. 123, 6 concede nobis Domine quaesumus veniam delictorum et eos qui nos inp-are moliuntur exspugna: PASS. GAUD. NOV. 418, 4, 5 humanique generis inimicus, cernens quotidie per ipsum perfectam plebem Christo Domino comparari, callida persuasione nititur plurimorum mentes -are, et ab optimo proposito revocare; de peccatis: SACR. GEL. 115, 9 populi tui Deus institutor et rector, peccata quibus inp-atur expelle. — Refl., discrepare: LEX ROM. RAET. 386, 14 si de unam rem plures cartas factas fuerint, omnia rumpantur, quia inp-antes cartulas hec lex vetat.

impulsio - transl., cum *necessitas* f. redund.: ANAST. Vita Ioh. El. 514, 2, 20 nullatenus aliquando hæreticorum communionis ... participemini, etiamsi omni vita vestra ex aliqua -e vel necessitate, communionem Catholicae Ecclesiae non inuenientes, sine communione permanseritis.

impunitus - GL. PLAC. 25, 1, 36 -a quae poenam evasit, id est quae punita non est. — Transl.: CASS. Var. 68, 19 (apud Aponi fontem) sine tormento cura, sine horrore remedia, sanitas -a, balnea contra diversos dolores corporis attributa.

imputatio - opprobrium: CASS. Var. 159, 12 trepidus discat ad iudicem venire, qui se non meminit audacter aliquid egisse, ut melius possit hostibus violentus insurgere, qui nostrae maluit -is vulnera declinare.

imputatus - *inp-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 96, 18 -um nondum purgatum. Putum est enim purum. Unde putare vites dicimus, hoc est detrahere, quae impedimento sunt ad fructum.

imputo - *-eturi* pro *-aturi* vit. typoth. ANAST. Vita Ioh. El. 514, 2, 10.

imus - *-um*, subst., transl., de voce: CASS. Var. 70, 30 omnis ... tonus habet summum et -um.